CUIUS SUPRA QUOD CHRISTUS SIT CAPUT ET SPONSUS ECCLESIAE ET SACERDOTES, QUI EIUS VICE LEGATIONE FUNGUNTUR, SIMILITER SINT ECCLESIIS SUIS, ET QUALITER SACERDOTES SUAS ECCLESIAS ET ECCLESIAE EORUM EOS DEBEANT DILIGERE.[1]

[H. 4] Evaristus urbis Romae episcopus omnibus per Aegyptum domino conglutinatis[2] fratribus in domino salutem.

Unum[3] nos, fratres, sentire oportet et agere, ut, sicut legimus, in nobis unum cor et una anima esse probetur. Scimus namque, sicut et[4] a[5] patribus accepimus, Christum esse caput, cuius et membra sumus. Ipse enim est[6] sponsus, et[7] ecclesia sponsa, cuius filii nos[8] sumus. Et ideo unum patrem habemus deum in caelis.

Sacerdotes[9] vero vice Christi legatione funguntur[10] in ecclesia. Et sicut ei sua est coniuncta sponsa, id est ecclesia, sic episcopis iunguntur ecclesiae, unicuique pro portione sua[11]. Et sicut vir non debet neglegere[12] uxorem suam, sed diligere et caste custodire[13], sic[14] episcopus et[15] multotiens custodire et amare atque prudenter regere[16] debet ecclesiam suam[17]. Et[18] velut uxor, quae sub manu est viri, oboedire debet[19] viro suo eumque amare et diligere, potius[20] etiam

**Quellen:**

5f.: *Unum - probatur,* Leon. M. ep. 9. pr. (1, 628).
9f.: *Et - caelis,* Matth. XXIII. 9.

**Rezeption:**

7-28: *Unum – suo*: Coll. Ans. ded. II,7.
11-24: *Sacerdotes – maneat*: Ps.-Remedius c. 18; Burchard I,76; Ivo, Decr. V,182.

[1] DILIGERE] DILIGERE DECRETA EVARISTI *V630*
[2] *am Rande* coniunctis *VD38*
[3] *am Rande*Ut sacerdos propriam ecclesiam non relinquat *VD38*
[4] et *fehlt V630*
[5] a *fehlt VD38*
[6] est *fehlt I83*
[7] et *fehlt VD38*
[8] nos sumus] sumus nos *I83*
[9] *am Rande* Ut sacerdos propriam ecclesiam non relinquat *N442; O93 (*Ut sacerd[os propriam ecc]lesiam non relinqu[at])
[10] *am Rande* impleant *VD38*
[11] suae *VD38*
[12] neglegere *korr. aus* neglege *N442*
[13] custodire] custodire et amare *VD38*
[14] sic episcopus et multotiens custodire et amare atque prudenter regere] ita et sacerdos *I83*
[15] et multotiens] diligere et caste *VD38*
[16] regere] regere ita et sacerdos *I83*
[17] suam *fehlt V630*
[18] *am Rande* Item de eadem re evaristus in secunda epistola ita ait *VD38*
[19] debet *fehlt V630*
[20] potius etiam *korr. aus* potius *N442*

ecclesia episcopo suo in omnibus oboedire eumque diligere[21] et amare ut animam suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritaliter. Et sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus ecclesiam[22] suam, id est, ut illam dimittat, ad quam sacratus est, absque inevitabili[23] [24] necessitate aut[25] apostolica vel regulari mutatione, et alteri se ambitus[26] causa coniungat. Ut[27] uxor viro suo reconciliet, et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut[28] alteri se vivente eo matrimonio societ aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta apostolum aut viro suo debet[29] reconciliari aut manere innupta, ita ecclesia[30] non licet dimittere aut[31] ab eo[32] se[33] segregare[34] episcopum suum, ut alterum vivente eo accipiat, sed aut ipsum habeat aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum suo vivente accipiat, ut fornicationis aut adulterii[35] crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri[36] episcopo iunxerit aut super se alterum episcopum adduxerit aut esse fecerit vel desideraverit, per acerrimam[37] poenitentiam aut suo reconcilietur episcopo aut innupta permaneat. Unde[38] et dominus in evangelio loquitur dicens: Si

---

**Quellen:**

18f.: *id - coniungat*, sec. Ben. I. 329. aut conc. Par. a. 829. lib. I. c. 21. (= conc. Aquisgr. a. 836. C. I. c. 12).
27f.: *Unde - suo*, Matth. V. 28.

**Rezeption:**

17-19: *Sicut – coniungat*: Deusdedit I,63.
17-24: *Sicut – maneat*: Polycarpus I,10,1 (19f.: *Ut – reconciliet* fehlt).
17-32: *Sicut – veritatis*: Sentenzen c. 186 (19f.: *Ut – reconciliet* fehlt; 27f.: *Unde - suo* fehlt); Anselm v. Lucca VI,98 (19f.: *Ut – reconciliet* fehlt; 27f.: *Unde - suo* fehlt); Gratian C. VII, q. 1, c.11 (27f.: *Unde – suo* fehlt).

---

[21] diligere et amare] amare et diligere *N442; I83; VD38*
[22] ecclesia *O93*
[23] *am Rande* quam vitare non posit *VD38*
[24] inevitabili *korr. aus* invitabili *I83*
[25] ab *I83*
[26] *am Rande* cupiditatis *VD38*
[27] Ut uxor viro suo reconciliet *fehlt VD38, dort aber als Rubrik am Rande* Ut uxor viro suo reconcilietur; *am Rande* Vivente suo episcopo altero episcopo non debere *I83*
[28] aut *I83*
[29] debet reconciliari] reconciliari debet *V630*
[30] ecclesie *VD38*
[31] aut a se segregare episcopum suum] episcopum suum aut ab eo se segregare *VD38*
[32] eo] *fehlt N442*
[33] se] *fehlt V630*
[34] segregare *korr. aus* segrere *O93*
[35] adulterii] altero *O93*; adulterii sui *V630*
[36] alteri *korr. aus* altero *V630;* altero *I83*
[37] *am Rande* gravissimam *VD38*
[38] *am Rande* Quod episcopus sine intermissione praedicare et docere debeat *VD38*

quis viderit mulierem ad concupiscendum[39], iam moechatus est eam in corde suo. [H. 5] Episcopum vero oportet opportune[40] et importune[41] [42] atque sine intermissione ecclesiam suam docere eamque prudenter regere et amare, ut a vitiis se abstineat et salutem consequi possit aeternam. Et illa cum tanta[43] reverentia eius doctrinam debet suscipere eumque amare et diligere ut legatum[44] dei et praeconem veritatis, quia testante veritate: Quaecumque[45] ligaverit[46] super terram, erit ligatum et in caelo, et quaecumque[47] solverit super terram, erit solutum et in caelis. [H. 6] Nimis timenda est, fratres, haec sententia, et praevidendum vobis, ne[48] offendatis eos, qui tantam a domino habent potestatem. Et ideo potius oboediendi, diligendi et summopere sunt venerandi, non detrahendi[49] vel lacerandi aut eiciendi, sed portandi et amandi ipso dicente domino: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. Ideo haec vobis et omnibus fidelibus scribimus, fratres, ut ab his vos caveatis et posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis, quoniam iniuria episcoporum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur.

[H. 7] Audivimus enim quosdam a vobis infamatos et dilaceratos episcopos a civitatibus propriis

---

**Quellen:**

28-39: *Episcopum - funguntur,* Ben. III. 462. (Clement, ep. I. c. 4, Isid. sent. III. 39. no. 5. 6, Luc. X. 16, conc. Aquisgr. a. 836. c. III. c. 7, II Cor.V. 20).
38f.: *quoniam – funguntur,* Cf. Anacl. 3, 21, Luc. 2, Euseb. 17, excerpt. Silv. 8, Dam. 19. (Greg.M. ep. ad Fel.).
40-42: *Audivimus - constitutos* sec. Leon. M. ep. 93. c. 3. (1, 1071). Cf. Ben. II. 337, praef. 6.

**Rezeption:**

28-32: *Episcopum – veritatis*: Polycarpus IV,4,1 (29: *vero* fehlt)
28-33: *Episcopum – caelis*: Coll. Ans. ded. II,55; Coll. Ans. ded. II,166; Burchard I,99; Bonizo III,80; Ivo, Decr. V,201.
33-39: *Nimis – funguntur*: Coll. Ans. ded. II,70; Burchard I,134; Ivo, Decr. V,233 (35: *summopere - venerandi* fehlt).
40-46: *Audivimus – terminandum*: Coll. Ans. ded. III,145; Ps.-Remedius c. 19; Burchard I,140; Sentenzen c. 82 (40: *Audivimus – episcopos*] *Audivimus quosdam episcopos infamatos et dilaceratos*; 41: *quia – minimis* fehlt); Anselm v. Lucca III,82 (40: *Audivimus – episcopos*] *Audivimus quosdam episcopos dinfamatos et dilaceratos*; 41: *quia – minimis* fehlt); Ivo, Decr. V,254; Polycarpus II,11,1 (40: *Audivimus – episcopos*] *Audivimus quosdam episcopos infamatos et dilaceratos*; 41: *quia – minimis* fehlt; 43f.: *quas – intellegimus] id est ecclesias*; 45: *autem*] *autem aliqui*; 45: *eos*] *restitutos episcopos*; 46: habueritis] habuerint); Gratian C. III, q. 2, c. 3.
58f.: *Non – rectorum*: Ivo Decr. V,240 (s. auch 64-68; 74-80); Ivo, Pan. IV,37; Gratian C. II, q. 7, c. 1 (58: *itaque* fehlt) (s. auch 63f.).

---

[39] concupiscentiam *I83;* concupiscendum] concupiscendum eam *VD38*
[40] *am Rande* necessario cum libenter audit *VD38*
[41] *am Rande* quando populus non audit libenter *VD38*
[42] inoportune *VD38*
[43] tota *V630*
[44] *am Rande* missum *VD38*
[45] Quodcumque *I83; VD38*
[46] ligaveris *O93;* alligaverit *V630*
[47] quodcumque *I83; VD38*
[48] *am Rande* nec peccetis *VD38*
[49] detrahendi *korr. aus* detrahen *O93*

pulsos, quia[50] alibi[51] episcopi constitui non possunt nisi in civitatibus non minimis, et alios in eis ipsis viventibus constitutos. Ideo haec vobis scribimus, ut sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revocari et integerrime[52] restitui debere, illos vero, qui adulterina feditate[53] suas sponsas, quas et uxores eorum praefixo tenore[54] esse[55] intellegimus, tenent, eici et adulteros atque infames fieri eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri[56] iubemus. Si autem adversus eos aliquam querelam[57] habueritis, his peractis inquirendum erit et auctoritate huius sanctae sedis terminandum[58]. [H. 8] Et, ne omnia nunc singillatim[59] dicam, omne[60] bonum, si ipsa per se in vobis fuerit caritas, facere vos docebit, sicut econtrario eos, qui a salute alieni sunt, omne malum facere odium docet. Unde et vos, qui veri dei estis discipuli, abicite a cordibus vestris ante omnia discordias et animorum dissensiones[61], ex quibus omne opus malum procedit, et benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Verumtamen scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret episcopus, quia unusquisque vestrum suum proprium fert[62] laborem, ille vero[63] et[64] suum et singulorum. Et ideo, sicut ille pro vobis omnibus, ita et vos omnes pro[65] eo summopere laborare debetis in tantum, ut, si etiam necesse fuerit, animas vestras pro eo ponatis, sicut et[66] ipse animam suam pro vobis, si necesse fuerit, ponere debet ipso dicente salvatore: Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Vos vero[67] oboedite eis et vigilate pro eis, quia[68] ipsi pervigilant[69], quasi rationem pro animabus vestris

**Quellen:**

42f.: *sed - debere* sec. Syn. III. Symm. Cf. Sixt. II. pp., Euseb. 11, Syn. V. Symm., Ioh. I. pp. ep. 1.
45f.: *Si - terminandum* sec. Innoc. I. ep. ad Aurel. Carth. et conc. Carth. c. 1. (Op. Leon. M. ed. Ballerin. 3, 134).
46-48: *Et - docet*, Clem. ep. I. (c. 7. i. f.).
48-57: *Unde - gementes*, Ben. III.462. (Clem. ep. I. c. 11. 15, Ioh. X. 11. Hebr. XIII. 17.)

[50] qui *VD38*
[51] aliubi *I83*
[52] *am Rande* plenissime *VD38*
[53] *am Rande* turpitudine *VD38*
[54] *am Rande* ordine *VD38*
[55] ee *O93*
[56] *am Rande* prohiberi *VD38*
[57] *am Rande* aclamatione *VD38*
[58] *am Rande* usque hic *VD38*
[59] *am Rande* separatim distincte *VD38*
[60] *am Rande* Quod caritas omne bonum odium docet omne malum *VD38*
[61] discensiones *I83*
[62] *am Rande* sustinet *VD38*
[63] vero et *korr. aus* vero *O93*
[64] et *fehlt V630*
[65] pro eo *fehlt V630*
[66] et *fehlt VD38*
[67] ergo *VD38*
[68] qui *I83*
[69] pervigilant] pro vobis vigilant *V630*

redditurі, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes.

[H. 9] Non[70] est itaque a plebe aut vulgaribus hominibus arguendus[71] vel accusandus episcopus, licet sit inordinatus[72], quia pro meritis subditorum disponitur a deo vita rectorum, exemplo David peccanti[73] ad comparationem principum[74], qui ex merito plebis praevaricantur. Sacerdotes enim exquirere debent peccata populorum, et sagaci[75] sollicitudine unumquemque probare[76] iuxta testimonium domini ad Hieremiam dicentis: Probatorem, inquit, dedi te populo meo robustum, ut scias et probabis viam[77] [78] eorum. Ideo ista dico, quia insidiator bona[79] saepissime solet convertere in malum et in electis ponit maculam. [H. 10] Unde[80], si qui[81] sunt vituperatores[82] aut accusatores episcoporum vel reliquorum[83] sacerdotum, non oportet[84] eos a iudicibus ecclesiae audiri, antequam eorum discutiatur[85] aestimationis suspicio vel opinio, qua[86] intentione, qua fide,

**Quellen:**

58-60: *Non - praevaricantur,* Isid. sent. III. 39. no. 3. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 31.
60-63: *Sacerdotes - eorum*, Isid. sent. III. 46. no. 2. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 36.
63f.: *Ideo - maculam,* sec. Ecclesiastic. XI. 33.
64-68: *Unde - necne* sec. Ben. III. 84. (III. 156. conc. Chalc. c. 21.) Cf. Steph. 13.

**Rezeption:**

58-64: *Non – maculam*: Coll. Ans. ded. II,125; Coll. Ans. ded. III,42.
58-73: *Non – reliqua*: Anselm v. Lucca III,12 (59f.: *exemplo – praevaricantur* fehlt); Polycarpus V,1,6 (58: *itaque* fehlt; 58: *vel accusandus* fehlt.; 59f.: *exemplo – praevaricantur* fehlt; 63: *probabis*] *probes*; 70: *praevidendum est*] *previdere debent* [vgl. Note 92]).
60-63: *Sacerdotes – eorum*: Anselm v. Lucca XI,7.
63f.: *Ideo – maculam*: Gratian C. II, q. 7, c. 1 (s. auch 58f.).
64-73: *Unde – reliqua*: Coll. Ans. ded. III,43.
64-68: *Unde - sumpserint*: Ivo Decr. V,240 (68: *sumpserint*] *praesumpserint*) (s. auch 58f.; 74-80).
64-68: *si – sumpserint*: Ivo, Pan. IV,59 (68: *sumpserint*] *praesumpserint*); Gratian C. II, q.7, c. 17 (68: *sumpserint*] *praesumpserint*).
69f.: *sunt – exstiterint*: Gratian C. II, q.7, c. 21.
64-68: *si – necne*: Ivo, Decr. VI,312 (Inskription: *Anacletus in tertio decretali suo*).

[70] *am Rande* Quod non est accusandus a vulgo *I83*
[71] *am Rande* repraehendendus *VD38*
[72] *am Rande* domino positus *VD38*
[73] peccantis *I83; VD38*
[74] principium *VD38*
[75] *am Rande* prudenti *VD38*
[76] probare *fehlt VD38*
[77] *am Rande* actionem eorum sationem *VD38*
[78] vias *I83*
[79] bona *fehlt I83; VD38*
[80] *am Rande* De accusatoribus episcoporum vel reliquorum sacerdotum *N442; am Rande* De accusatoribus inquirendis *I83; am Rande* De causatoribus episcoporum sive sacerdotum *VD38*
[81] qui sunt]quis *I83*
[82] vituperatores *korr. aus* vituperatos *VD38*
[83] relicorum *I83*
[84] optet *VD38*
[85] discutiatur *korr. aus* discutiantur *O93*
[86] qua *korr. aus* quia *V630*

qua temeritate[87], qua vita, qua conscientia quove[88] merito, si pro deo aut pro vana gloria aut inimicitia vel odio aut cupiditate ista sumpserint necne[89]. Haec omnia fideliter sunt perscrutanda et diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli, qui praepositos suos perverse repraehendunt, si vel parum ipsi molesti[90] exstiterint. Idcirco recto oculo primates ecclesiarum[91] utiliter praevidendum[92] est, ne quisquam eorum innocens vexetur aut scandalizetur[93] intendentes sententiae domini, quae[94] ait: Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris, et reliqua.

[H. 11] Deus omnipotens, ut nos a praecipitante sententiae prolatione[95] compesceret[96], cum omnia nuda et aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomae noluit audita iudicare, priusquam manifeste agnosceret, quae dicebantur, unde ipse ait: Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam. Deus omnipotens, cui nil[97] absconditum est, sed omnia ei[98] manifesta sunt, etiam antequam fiant, non ob aliud haec et alia multa, quae hic prolixitatem[99] vitantes non inseruimus, per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne praecipites[100] in discutiendis et iudicandis negotiis essemus, et ne mala quorumquam[101] [102] prius

**Quellen:**

72f.: *Si - maris*. Matth. XVIII. 6.
74-83: *Deus - iudicemus*, Greg. M. moral. in Iob. XIX. 25. no. 45. (I. 628.) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 37.

**Rezeption:**

74-77: *Deus – sciam*: Regino II,311 (s. auch 81-83); Burchard XI,9 (s. auch 81-83); Deusdedit IV,37 (s. auch 81-83); IV,37 Bonizo III.94 (s. auch 81-83).
74-80: *Deus – essemus*: Ivo Decr. V,240 (s. auch 58f.; 64-68).
74-83: *Deus – iudicemini*: Polycarpus VII,1,29.
74-86: *Deus – agat*: Ps.-Remedius c. 20.
74-92: *Deus – cadit*: Anselm v. Lucca III,63; Ivo, Pan. IV,116 (78f.: *et – inseruimus* fehlt); Gratian C. II, q. 1, c. 20.
74-97: *Deus – Iacob*: Coll. Ans. ded. III,190.

[87] *am Rande* praesumptione *VD38*
[88] quave *korr. aus* quae *O93*
[89] *am Rande* aut non *VD38*
[90] *am Rande* contrarii *VD38*
[91] ecclesiaesiarum *I83*
[92] praevidendum est] praevidere debent *N442;* praevideant *I83*
[93] scandalizet *V630*
[94] qui *VD38*
[95] *am Rande* pronunciatione *VD38*
[96] *am Rande* proibere *VD38*
[97] nihil *V630; I83; VD38*
[98] ei *fehlt VD38*
[99] *am Rande* longitudinem *VD38*
[100] *am Rande* citati *VD38*
[101] *am Rande* aliquorum *VD38*
[102] quorundam *V630;* quoquam *VD38*

quisquam[103] praesumat[104] credere quam probare[105]. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam umquam praecipites simus, aut temere[106] indiligenterque indiscussa[107] quaeque quomodo[108] [109] iudicemus dicente veritatis voce: Nolite iudicare, ut[110] non iudicemini, in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini, et reliqua. Nam mala audita nullum moveant[111], nec[112] passim dicta absque certa[113] probatione quisquam[114] umquam credat, sed ante audita diligenter inquirat nec[115] praecipitando[116] quiddam[117] aliquis agat. Si enim dominus omnium Sodomorum mala, quorum clamor ad caelum usque pervenerat, omnia sciens prius credere nec iudicare voluit[118] quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans[119], quae audierat et opere veraciter cognosceret, multo magis nos, humani et peccatores homines, quibus incognita[120] sunt occulta iudicia dei, haec praecavere et nullum[121] ante veram iustamque[122] probationem iudicare aut damnare debemus manifeste apostolo dicente Paulo, qui ait: Tu[123], quis es, qui iudicas alienum

---

**Quellen:**

83f.: *Nolite - iudicabimini,* Matth. VII. 1.
84-91: *Nam - debemus,* Greg. M. moral. in Iob. XIX. 25. no. 45. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 37.
91f.: *Tu - cadit,* Rom. XIV. 4.

**Rezeption:**

81-83: *Cuius – iudicemus*: Regino II,311 (s. auch 74-77); Burchard XI,9 (s. auch 74-77); Deusdedit IV,37 (s. auch 74-77); Bonizo III.94 (s. auch 74-77).
84-86: mala – agat: Gratian C. XXX, q. 5, c. 10 (s. auch 90-92).
85: *absque – credat*: Deusdedit IV,307 (85: *umquam*] *non*).
90-92: nullum – cadit: Gratian C. XXX, q. 5, c. 10 (s. auch 84-86).

---

[103] quis *VD38*
[104] *am Rande* praeoccupet *VD38*
[105] brobare *O93*
[106] *am Rande* sine ratione praesumptione *VD38*
[107] *am Rande* non inquisita *VD38*
[108] *am Rande* aliquo modo
[109] quoquo modo *VD38*
[110] ut *korr. aus* et *V630*
[111] *am Rande* perturbent *VD38*
[112] *am Rande* leviter *VD38*
[113] certa *korr. aus* certe *O93*
[114] quis *VD38*
[115] ne *O93;* nec *korr. aus* ne *V630*,nec] ne *I83; VD38*
[116] *am Rande* repente et cum furoere agendo citius iudicando
[117] *interlinear* aliquit *VD38*
[118] noluit *O93; N442; VD38*
[119] *am Rande* inquirens *VD38*
[120] incognita *korr. aus* cognita *V630*
[121] nullam *N442*
[122] iustaque *korr. aus* iustitiaque *O93*
[123] Tu *korr. aus* Tu e *I83*

servum? Suo enim domino stabit aut cadit[124]. Unde et[125] per prophetam David dominus loquitur dicens: Nolite exaltare in excelsum[126] cornu vestrum loquentes in cervice veteri, quia neque ab oriente neque ab occidente neque a[127] solitudine[128] montium, sed deus iudex hunc humiliabit et hunc exaltabit[129], quia calix in manu domini ex vino merato[130] ad plenum mixtus[131] et propinabit[132] ex eo, verumtamen feces[133] eius potabunt bibentes[134] omnes impii terrae. Ego autem annuntiabo in sempiternum[135], psallam deo Iacob. Et alibi idem ait[136] propheta: Ab increpatione tua, deus[137], consopitus[138] est[139] et currus et equus[140]. Tu terribilis es, et quis stabit adversum te? Ex[141] tunc ira tua, de caelo auditum[142] fecisti iudicium, terra timens[143] et tacebit, cum surrexit[144] ad iudicandum deus, ut salvos faciat[145] omnes mites[146] [147] terrae. Et apostolus ait: Mihi[148] vindictam, ego retribuam. Et alibi idem[149] inquit apostolus: Sufficit unicuique obiurgatio[150], quae fit a plurimis, ita ut magis donetis et consolemini, ne forte abundantior[151] de[152] tristitia absorbeatur, qui[153] in

**Quellen:**

93-97: *Nolite - Iacob,* Ps. LXXIV. 6-10.
97-100: *Ab - terrae,* Ps. LXXV. 7-10.
100f.: *Mihi - retribuam,* Rom. XII. 19.
101-103: *Sufficit - caritatem,* II Cor. II. 6-8.

---

[124] cadet *V630; I83; VD38*
[125] et per *korr. aus* et *N442*
[126] excelsu *I83*
[127] *am Rande* a desero *VD38*
[128] solitudinem *VD38*
[129] exaltabitur *O93*
[130] *interlinear* purgato *VD38*
[131] mixtum *I83*
[132] *am Rande* potum dabit *VD38*
[133] faeces *korr. aus* faces *V630*
[134] viventes *I83; VD38*
[135] saeculum *I83*
[136] ait propheta] propheta ait *VD38*
[137] deus] deus iacob *I83; VD38*
[138] *am Rande* compresssus et somno gravatus *VD38*
[139] est *korr. aus* es *V630*
[140] aequus *O93; N442; I83*
[141] Ex tunc ira tua *fehlt V630*
[142] autum *O93;* autem *V630*
[143] tumens *V630*
[144] surrexerit *V630; VD38*
[145] faciet *V630; VD38;* faceret *I83*
[146] *am Rande* mansuetos *VD38*
[147] mitens *I83*
[148] *am Rande* subauditur relinquitur *VD38*
[149] idem inquit] inquit idem *V630*
[150] *am Rande* increpatio *VD38*
[151] abundatior de] habundantiori *V630;* habundantiore *I83;* abundantiori *VD38*
[152] de *fehlt VD38*
[153] qui *korr. aus* quia *V630*

angustia est. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illo caritatem. Et dominus in evangelio ait: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus viribus tuis et proximum tuum sicut teipsum. Dilectio enim proximi malum non operatur. Propter quod iuxta[154] apostolum inexcusabilis es homo[155] omnis, qui iudicas, in quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas eadem enim[156] agens, quae iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium[157] dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas[158] [159] autem[160] hoc, o homo omnis, qui iudicas eos, qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An divitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis? Ignorans[161], quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit, secundum duritiam[162] autem tuam et impoenitens cor thesaurizas[163] tibi iram in die irae[164] et revelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius: his quidem[165] secundum patientiam[166] boni[167] operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus vitam aeternam, his autem, qui ex contentione et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Graeci, gloria autem et honor et pax omni operanti bonum. Et alibi idem apostolus ait: Causati[168] enim sumus omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est iustus quisquam[169], non[170] est intellegens, non est requirens deum, omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose

**Quellen:**

104f.: *Diliges - te ipsum,* Luc. X. 27.
105: *Dilectio - operatur,* Rom. XIII. 10.
105-115: *Propter - Graeci,* Rom. II. 1-10.
116-131: *Causati - Christi,* Rom. III. 9-26.

[154] iuxta *korr. aus* iusta *O93*
[155] homo] o homo *V630; VD38*
[156] enim *fehlt V630*
[157] *am Rande* condempnatio *VD38*
[158] *am Rande* putas *VD38*
[159] Existimantes *I83*
[160] autem hoc *korr. aus* autem *O93*
[161] Ignorans *korr. aus* Ignoras *VD38*
[162] duritiam autem] autem duritiam *V630*
[163] thesaurizans *I83*
[164] *am Rande* vindicte *VD38*
[165] quidem secundum] quidem qui secundum *korr. aus* qui secundum quidem *V630;* quidem qui *VD38*
[166] poenitentiam, *interlinear* vel patientiam *V630*
[167] *am Rande* subaudiendum est vivunt *VD38*
[168] *am Rande* manifestavimus *VD38*
[169] quicquam *VD38*
[170] non est *korr. aus* non *V630*

agebant, venenum aspidum[171] sub labiis eorum, quorum os maledictione et amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, contritio et infelicitas in viis eorum[172], et viam pacis non cognoverunt, non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem[173], quoniam, quaecumque lex loquitur his, qui in lege sunt, loquitur, ut omne os obstruatur[174] et subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro[175] coram illo, per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata[176] a lege et prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi super omnes, qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccaverunt et egent gloria[177] dei, iustificati gratis per gratiam[178] ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae[179], propter remissionem praecedentium delictorum[180], in sustentatione[181] dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus et iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Item idem: Quis accusabit adversus electos dei? Deus, qui iustificat. Quis[182] est, qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui et resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit[183] a caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati[184] sumus[185] ut ovis[186] occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei, quae

---

**Quellen:**

131-138: *Quis - nostro*, Rom. VIII. 33-39.

---

[171] aspidum *fehlt V630*
[172] eorum] eorum et *V630*
[173] autem quoniam *korr. aus* autem *O93*
[174] *am Rande* claudatur *VD38*
[175] *am Rande* homo *VD38*
[176] *am Rande* a propheta confirmata *VD38*
[177] gloriam *V630; I83*
[178] gratia *VD38*
[179] suae propter remissionem praecedentium delictorum, in sustentatione dei, ad ostensionem iustitiae *fehlt I83*
[180] *am Rande* peccatorum *VD38*
[181] sustentationem *V630*
[182] Quis *korr. aus* Qus *O93*
[183] separavit *I83*
[184] aestimati *korr. aus* aestimatus *V630*
[185] sumus *korr. aus* su *V630*
[186] oves *V630; I83; VD38*

est[187] in Christo Iesu domino nostro. Debemus autem nos, ut idem[188] ait apostolus, firmiores[189] imbecillitates[190] infirmorum sustinere et non nobis placere, unusquisque[191] vestrum proximo suo placeat in bono ad aedificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.

Benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum et deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni[192] tribulatione[193] nostra, ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura[194] sunt, per exhortationem[195], qua exhortamur[196] ipsi[197] a deo, quoniam, sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat[198] consolatio[199] nostra[200], sive[201] autem tribulamur pro vestra exhortatione[202] et salute[203], sive exhortamur pro vestra exhortatione, qua[204] operatur in tolerantiam[205] earundem passionum[206], quas et nos patimur, et spes nostra firma est pro vobis scientes, quoniam, sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis. Fidelis autem deus, qui non patietur vos temptari super id, quod potestis, sed faciat[207] cum[208] [209] temptatione etiam proventum[210], ut possitis sustinere.

---

**Quellen:**

139-142: *Debemus - me,* Rom. XV. 1-3.
143-149: *Benedictus - consolationis,* II Cor. I. 3-7.
149-152: *Fidelis - spiritalia,* I Cor. XIV. 1.

---

[187] est *fehlt VD38*
[188] idem ait *korr. aus* idem *V630*
[189] firmiores] firmiores et *I83*
[190] *am Rande* debilitores *VD38*
[191] unusquisque vestrum *korr. aus* unusquisque *VD38*
[192] omne *I83*
[193] consolatione *V630*
[194] *am Rande* afflictiones *VD38*
[195] *interlinear* consolationem *VD38*
[196] *am Rande* consolamur *VD38*
[197] ipsi a *korr. aus* ipsi *V630*
[198] habundant *I83*
[199] consolatio nostra] consolationes *I83*
[200] nostra *korr. aus* vestra *VD38*
[201] sive *korr. aus* si *N442*
[202] exhortationem *I83*
[203] salutem *I83*
[204] quae *korr. aus* qua *V630;* que *VD38*
[205] tolerantia *VD38*
[206] passionem *V630*
[207] faciet *korr. aus* faciat *V630;* faciet *N442; I83*
[208] cum *korr. aus* cor *O93*
[209] cum temptatione *korr. aus* contemptatione *V630*
[210] *am Rande* exitum sive adiutorium *VD38*

Propter quod, carissimi, sectamini semper caritatem et aemulamini[211] meliora et spiritalia, et adiuvate vos invicem, ut deo semper in omnibus placere valeatis. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. Data Kal. Nov. Gallo et Bradua vv. cc. conss. EXPLICIT[212].

**Quellen:**

152f.: *Propter - valeatis,* cf. Clem. 81.
153f.: *Deus - vobis,* II Cor. XIII. 11.
154: *Nota consularis* sec. vit. Evar. c. 1. in libr. pontif.

[211] *am Rande* sequimini *VD38*
[212] EXPLICIT *fehlt V630*